455a

recognovit. Quia Item Petrum olim Joannis Rozdzowski de Causa et actione rescissionis et alys ad Judicium Capitaneale Castrense Branscensi Ratione inquietationis ad bona ... et ibidem Laboriosi Michaelis filio Laboriosi Gregorij dicti ... et Dorotheae sororis eius ac eorum et bonorum receptionis instituta pro interesse eius tantum quietat emittit et liberum facit processumque eiusmodi in gradu quovis iuris dependentem cum toto eius effectu cassat annihilat ... alijs suis actionem reservat. Sua personali recognitione inmissione mediante.

Gąsowski — Debitum.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter Comparens Nobilis Petrus olim Joannis Rozdzowski de Rozdzi ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipse Simoni filio Martini quondam Christopheri Gąsowski tenetur estque debitor certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae Summam Sexaginta florenorum polon. Eandemque summam idem recognoscens cum suis posteris submittit se ac de bonis generaliter omnibus insolidum memorato creditori suo sive eius Successoribus hinc pro feria secunda post Dominicam Conducens paschae proxime ventura parata pecunia solvere realiterque effective reponere aut Circa acta officij praesentis reponere et relinquere depositam et relictam ad eiusmodi ab eodem officio non requirere nec modo quovis arrestare aut ... liberare. Sub vadio simili aliorum Sexaginta florenorum polon. in casu non solutionis pro tempore ... ad solvendum Succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo citationis termino ... stare parere respondere ... ac ... omnimode satisfacere. Remota illa dilatione ... motione appellatione ... ac exceptione.

Gieraltowski Kalisz. Andrzeiowius Emissio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus Comparentes Nobilis Albertus filius olim Philippi Gieraltowski factor et famulus Perillustris ac Admodum Reverendi Domini Sebastiani Jaworski Decani ... Praepositi Branscensis nomine suo et Laboriosi Kalisz de ... Subditi Plebaneatus Branscensis a quo de rato et grato informationis plenissima cavet ab una et Famatus Stephanus Andrzeiowius dictus Luba Civis Bielscensis parte ex altera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi sese mutuo et ab invicem et ipse Kalisz de omnibus protestationibus vulnerum obductionibus causis et actionibus ad quodvis Judicium et officium Regni Ratione quarumcunque differentiarum instituti in quovis gradu iuris dependentibus ob unitam mutuam concordiam et satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt. Protestationes obductiones vulnerum et decreta quaevis tam in contumaciam quam per contradictoria quovismodo lata. Cum toto eorum effectu

fecer

effectu cassant annihilant mortificant perpetuis et aeternis temporibus sibi suis personalibus recognitionibus in praemissis mediantibus.

G. Smogorzewski   **Debitum.**

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Perfidus Jacobus Markowicz Pinkasz Judaeus in Ciechanowiec domum habens et in Boronowo residens sanus mente et corpore existens palam publice recognovit. Quia Generoso Alberto Smogorzewski eiusque successoribus tenetur estque debens summam Centum Viginti Florenorum polonicalium debiti certi ac liquidi mutuatam a se levavit. Quam quidem summam idem ipse recognoscens de persona sua et cum hoc a liberorum suorum bonisque omnibus mobilibus et immobilibus ac summis pecuniariis ubivis locorum sitis tenis habitis et possessis nec non domo propria in Ciechanowiec existente submittit ac inscribit eidem Generoso Smogorzewski Creditori suo sive eius posteris hinc et a festo praesenti pro festo Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro paratam pecuniam solvere et restituere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque et reclamatam per se ab officio eodem non recipere nec modo quovis arestare aut effi[...] se sub vadio simili alioque centum viginti Florenorum polonicalium in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et coram quovis Judicio et officio Regni tum et magni Ducatus Lituaniae hisce liberaliter docendo obliquerendo et citatus fuerit in primo Citationis termino peremptorie responsione et ab officio sive iudiciosu non recedendo realiter effectiva tam pro summa capitali quam vadio succubito satisfactione. Omnibus contraversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus vera vel ficta informaliter motionibus appellatione ceterisque quibusvis praeoccupationibus praemissa evadere volendo iuri huic et aliis in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure competentibus se et suos successores sibi absorbendo et abrenuntiando.

Perfidi Pinkus   **Quietatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Generosus Albertus Smogorzewski sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Perfidum Jacobum Markowicz Pinkas de Causa et actione ad Judicium Capturale Terrae Bielscen. Ratione summae Centum Quinquaginta florenorum polonicalium et rerum certarum ipsi Creditarum non restitutionis instituta ob satisfactionem plenariam quietat et de iuramento iniungendo emittit ac processum totum eo nomine obtentum cassat annihilat perpetuis temporibus.